64. *Quibus cum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex eis quendam Atheniensis scire, quae recta essent, sed facere nolle. Multa in nostro collegio praeclara, sed hoc de quo agimus in primis, quod, ut quisque aetate antecedit, ita sententiae principatum tenet, neque solum honore antecedentibus, sed eis etiam, qui cum imperio sunt, maiores natu augures anteponuntur. Quae sunt igitur voluptates corporis cum auctoritatis praemiis comparandae? Quibus qui splendide usi sunt, ei mihi videntur fabulam aetatis peregrisse nec tamquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse.*

65. *At sunt morosi et anxii et iracundi et*

passata, vissuta con rettitudine, raccoglie gli estremi frutti dell'autorità.

63. Infatti queste cose che sembrano di poco conto e banali, sono esse stesse lusinghiere: essere riveriti, ricevere visite, vedersi cedere il passo, vedere gli altri che si alzano in piedi, essere accompagnati e riaccompagnati a casa, essere consultati; queste cose, sia presso di noi che in altre città, quanto più sono morigerati i costumi tanto più diligentemente vengono osservate. Si narra che lo spartano Lisandro, di cui poco fa ho fatto menzione, fosse solito affermare che Sparta fosse la casa più degna della vecchiaia: in nessun luogo infatti si dà tanta importanza all'età, in nessun luogo la vecchiaia viene più rispettata. Ed anzi ancora si ricorda che ad Atene, in occasione dei giochi, essendo un tale già avanti negli anni entrato nel teatro tra una folla strabocchevole, non gli fu trovato un posto in nessun settore da parte dei suoi concittadini; essendosi invece avvicinato a degli Spartani i quali, poiché erano ambasciatori, sedevano in posti riservati, si racconta che tutti questi si fossero alzati in piedi e avessero accolto il vecchio a sedere tra di loro.

64. Poiché a costoro furono tributati numerosi applausi da parte di tutto il pubblico, uno di essi disse che gli Ateniesi sapevano cosa era giusto fare, ma non lo volevano fare. Nel vostro collegio⁸⁵ vi sono molte cose eccellenti, ma soprattutto questa, che ci riguarda, che chiunque sia più avanti negli anni possa esprimere il proprio voto prima degli altri, e gli àuguri più anziani hanno la precedenza non solo rispetto a coloro che sono superiori ad essi per dignità, ma anche a quelli che ricoprono magistrature di comando. Quali piaceri del corpo sono dunque paragonabili ai privilegi dell'autorità? Coloro che di questi hanno fatto un nobile uso mi pare che abbiano ben recitato la commedia della vita e non abbiano fatto fiasco all'ultimo atto, come inesperti istrioni.

65. Ma i vecchi sono brontoloni, irrequieti,

⁸⁵ Quello degli àuguri, cui appartenevano Scipione e Lelio.

M. TULLII CICERONIS CATO MAIOR DE SENECTUTE

difficiles senes. Si quaerimus, etiam avari; sed haec morum vitia sunt, non senectutis. Ac morositas tamen et ea vitia, quae dixi, habent aliquid excusationis non illius quidem iustae, sed quae probari posse videatur; contemni se putant, despici, inludi; praeterea in fragili corpore odiosa omnis offensio est. Quae tamen omnia dulciora fiunt et moribus bonis et artibus; idque cum in vita, tum in scaena intellegi potest ex eis fratribus, qui in Adelphis sunt. Quanta in altero diritas, in altero comitas! Sic se res habet; ut enim non omne vinum, sic non omnis natura vetustate coacescit. Severitatem in senectute probo, sed eam, sicut alia, modicam, acerbiter nullo modo.

66. *Avaritia vero senilis quid sibi velit, non intellego; potest enim quicquam esse absurdius quam, quo viae minus restet, eo plus viatici quaerere?*

XIX. *Quarta restat causa, quae maxime angere atque sollicitam habere nostram aetatem videtur, adpropinquatio mortis, quae certe a senectute non potest esse longe. O miserum senem qui mortem contemnendam esse in tam longa aetate non viderit! quae aut plane negligenda est, si omnino exstinguit animum, aut etiam optanda, si aliquo eum deducit, ubi sit futurus aeternus; atqui tertium certe nihil inveniri potest.*

67. *Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem aut beatus etiam futurus sum? Quamquam quis est tam stultus, quamvis sit adulescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? Quin etiam aetas illa multo pluris quam nostra casus mortis habet; facilius in morbos incidunt adulescentes, gravius aegrotant, tristius curantur. Itaque pauci veniunt ad senectutem; quod ni ita accideret, melius et prudentius viveretur. Mens enim et ratio et consilium in senibus est; qui si nulli*

irascibili e difficili, e in verità pure avari. Ma questi sono difetti del carattere, non della vecchiaia. E tuttavia l'intrattabilità e questi difetti che ho enumerato, hanno qualche attenuante, certo non legittima, ma che sembra possa essere sensata: credono di essere disprezzati, trascurati, derisi; inoltre in un corpo fragile ogni offesa risulta molesta. Tutte queste cose tuttavia diventano più leggere con le buone abitudini e le virtù; e ciò, sia nella vita che sulla scena, si può capire da quei fratelli protagonisti dell'"Adelfi"⁸⁶: quanta durezza nell'uno, quanta affabilità nell'altro! Così stanno le cose: infatti come non tutti i vini, così non tutti i caratteri inacidiscono con la vecchiaia. Approvo la severità nella vecchiaia, ma, come le altre cose, con una certa misura; l'asprezza, invece, non l'approvo in alcun modo.

66. L'avarizia senile, poi, non capisco a cosa tenda: può infatti esistere qualcosa di più assurdo che chiedere tante più provviste quanta meno strada rimane?

XIX. Rimane la quarta ragione, che sembra più delle altre opprimere e rendere angustiata la nostra età: l'avvicinarsi della morte, la quale non può certo essere lontana dalla vecchiaia. Oh, misero il vecchio che non si è accorto che in una vita così lunga la vecchiaia deve essere disprezzata! Essa o si deve del tutto trascurare, se estingue lo spirito, oppure deve addirittura essere desiderata, se lo conduce in un altro luogo dove vivrà in eterno; non si può certo trovare una terza ipotesi.

67. Di cosa dunque devo aver paura, se dopo la morte sarò o non infelice o addirittura beato? D'altronde chi è tanto stupido, benché sia giovane, da essere certo di vivere fino a sera? Anzi proprio quella età la gioventù ha molte più occasioni di morte della nostra: i giovani contraggono le malattie più facilmente, più gravemente si ammalano, più difficilmente si curano; e così pochi giungono fino alla vecchiaia. Se non accadesse questo, si vivrebbe meglio e più accortamente: infatti nei

⁸⁶ Demea e Micione, i vecchi fratelli protagonisti della commedia di Terenzio.

M. TULLII CICERONIS CATO MAIOR DE SENECTUTE

fuissent, nullae omnino civitates fuissent. Sed redeo ad mortem impendentem. Quod est istud crimen senectutis, cum id ei videatis cum adulescentia esse commune?

68. *Sensi ego in optimo filio, tu in exspectatis ad amplissimam dignitatem fratribus, Scipio, mortem omni aetati esse communem. At sperat adulescens diu se victurum, quod sperare idem senex non potest. Insipienter sperat. Quid enim stultius quam incerta pro certis habere, falsa pro veris? At senex ne quod speret quidem habet. At est eo meliore condicione quam adulescens, quoniam id, quod ille sperat, hic consecutus est; ille vult diu vivere, hic diu vixit.*

69. *Quamquam, O di boni! quid est in hominis natura diu? Da enim summum tempus, exspectemus Tartessorum regis aetatem (fuit enim, ut scriptum video, Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum viginti vixit)--sed mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur in quo est aliquid extremum. Cum enim id advenit, tum illud, quod praeteriit, effluxit; tantum remanet, quod virtute et recte factis consecutus sis; horae quidem cedunt et dies et menses et anni, nec praeteritum tempus umquam revertitur, nec quid sequatur sciri potest; quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet esse contentus.*

70. *Neque enim histrioni, ut placeat, peragenda fabula est, modo, in quocumque fuerit actu, probetur, neque sapientibus usque ad 'Plaudite' veniendum est. Breve enim tempus aetatis satis longum est ad bene honesteque vivendum; sin processerit longius, non magis dolendum est, quam agricolae dolent praeterita verni temporis suavitate aetatem autumnumque venisse. Ver enim tamquam adulescentiam significat ostenditque*

vecchi c'è riflessione, saggezza e ponderatezza e se non esistessero i vecchi non sarebbero sorti gli Stati. Ma torno alla morte che incombe: che colpa è questa della vecchiaia, visto che vi sembra che è in comune con la gioventù?

68. L'ho sperimentato con il mio ottimo figlio e tu, Scipione, coi tuoi fratelli destinati ai più alti onori, che la morte è comune ad ogni età. Ma il giovane spera di vivere a lungo, cosa che il vecchio non può ugualmente sperare. Scioccamente lo spera: cosa c'è infatti di più stolto che ritenere certo quel che è incerto, vero quel che è falso? Ma il vecchio non ha neppure qualcosa in cui sperare. Però egli si trova in una condizione migliore di quella del giovane, perché quel che questi spera, egli l'ha già raggiunto: quello vuol vivere a lungo, egli a lungo ha già vissuto.

69. Anche se, santi numi!, che significa "a lungo" per la natura umana? Dammi infatti il tempo più lungo, aspettiamoci l'età del re dei Tartessi⁸⁷ - vi fu, infatti, come vedo scritto, un certo Argantonio a Cadice, che regnò per ottant'anni e ne visse centoventi -; ma non mi sembra neppure durevole una cosa in cui vi sia un certo limite. Quando infatti esso arriva, allora ciò che è passato è svanito; rimane quel tanto che hai conseguito con la virtù e con le azioni rette; se ne vanno le ore, i mesi, gli anni e il tempo passato non ritorna mai più, né si può conoscere il futuro. Ognuno deve accontentarsi del tempo che ci è concesso da vivere.

70. Infatti l'attore, per piacere, non deve ultimare la rappresentazione, purché si faccia apprezzare in qualsiasi atto abbia recitato e il saggio non deve arrivare all'"Applaudite!": infatti una breve durata della vita è abbastanza lunga per vivere bene e con onestà; se poi la vita si protrarrà più a lungo, non bisogna dolersene più di quanto se ne dolgano i contadini quando, passata la dolcezza del tempo primaverile, siano arrivati l'estate e

⁸⁷ Tartesso era una città spagnola alla foce del fiume Baetis, oggi Guadalquivir. Argantonio, suo re leggendario, era famoso per la sua longevità.

M. TULLII CICERONIS CATO MAIOR DE SENECTUTE

fructus futuros, reliqua autem tempora demetendis fructibus et percipiendis accommodata sunt.

71. Fructus autem senectutis est, ut saepe dixi, ante partorum bonorum memoria et copia. Omnia autem quae secundum naturam fiunt sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundum naturam quam senibus emori? Quod idem contingit adolescentibus adversante et repugnante natura. Itaque adulescentes mihi mori sic videntur, ut cum aquae multitudine flammae vis opprimitur, senes autem sic, ut cum sua sponte nulla adhibita vi consumptus ignis exstinguitur; et quasi poma ex arboribus, cruda si sunt, vix evelluntur, si matura et cocta, decidunt, sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas; quae quidem mihi tam iucunda est, ut, quo propius ad mortem accedam, quasi terram videre videar aliquandoque in portum ex longa navigatione esse venturus.

XX. 72. Senectutis autem nullus est certus terminus, recteque in ea vivitur, quoad munus officii exsequi et tueri possit [mortemque contemnere]; ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit quam adolescentia et fortior. Hoc illud est quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est, cum illi quaerenti, qua tandem re fretus sibi tam audaciter obsisteret, respondisse dicitur: 'Senectute.' Sed vivendi est finis optimus, cum integra mente certisque sensibus opus ipsa suum eadem quae coagmentavit, natura dissolvit. Ut navem, ut aedificium idem destruit facillime, qui construxit, sic hominem eadem optime quae conglutinavit natura dissolvit. Iam omnis conglutinatio recens aegre, inveterata facile divellitur. Ita fit ut illud breve vitae reliquum nec avidè adpetendum senibus nec sine causa deserendum sit; vetatque Pythagoras iniussu imperatoris, id est dei, de praesidio et statione vitae decedere.

l'autunno: la primavera, infatti, simboleggia quasi la giovinezza e mostra i frutti futuri, mentre le altre stagioni sono idonee a mietere e a raccogliere i frutti.

71. Frutto della vecchiaia è, poi, come ho spesso affermato, il ricordo e l'abbondanza dei beni conseguiti in precedenza. Tutto quel che avviene secondo natura deve essere annoverato tra i beni; e cosa c'è così secondo natura che per i vecchi morire? Cosa che capita ugualmente ai giovani, ma con l'opposizione e la resistenza della natura. Perciò mi sembra che i giovani muoiano così, come quando la forza di una fiamma viene domata da un copioso getto d'acqua, mentre i vecchi come quando, senza nessuna coercizione, spontaneamente un fuoco consumato si spegne; e come le mele, se sono acerbe, vengono con la forza strappate dagli alberi, mentre cadono se perfettamente mature, così la violenza strappa la vita ai giovani, ai vecchi la maturità. E questa mi è talmente piacevole che, quanto più mi avvicino alla morte, mi sembra quasi di veder terra e di stare per approdare finalmente in porto dopo una lunga navigazione.

XX. 72. Non esiste, d'altronde, un termine certo della vecchiaia, e in essa si vive bene finché si riesce ad assolvere e a far fronte all'obbligo del proprio dovere e a disprezzare la morte. Da qui deriva che la vecchiaia è anche più coraggiosa e più forte della giovinezza. E questo spiega ciò che fu risposto al tiranno Pisistrato da parte di Solone, quando a quello che gli chiedeva in che cosa fidando gli si opponeva così pervicacemente, si dice che abbia risposto: "Nella vecchiaia". Ma la fine migliore del vivere è quando, con la mente ancora lucida ed i sensi funzionanti, la stessa natura disfa la propria opera che essa ha messo insieme; come una nave, come un edificio, li distrugge molto più facilmente colui che li ha costruiti, così la medesima natura, che ha così bene strutturato l'uomo, lo dissolve; inoltre ogni corpo formato da poco si disgrega con facilità, mentre se è antico con difficoltà. Pertanto quel breve residuo di vita non deve

73. *Solonis quidem sapientis est elogium, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum et lamentis vacare. Volt, credo, se esse carum suis; sed haud scio an melius Ennius: 'Nemo me lacrumis decoret neque funera fletu faxit.'*

74. *Non censet lugendam esse mortem, quam immortalitas consequatur. Iam sensus moriendi aliquis esse potest, isque ad exiguum tempus, praesertim seni; post mortem quidem sensus aut optandus aut nullus est. Sed hoc meditatam ab adulescentia debet esse mortem ut neglegamus, sine qua meditatione tranquillo animo esse nemo potest. Moriendum enim certe est, et incertum an hoc ipso die. Mortem igitur omnibus horis impendentem timens qui poterit animo consistere?*

75. *De qua non ita longa disputatione opus esse videtur, cum recorder non L. Brutum, qui in liberanda patria est interfectus, non duos Decios, qui ad voluntariam mortem cursum equorum incitaverunt, non M. Atilium, qui ad supplicium est profectus, ut fidem hosti datam conservaret, non duos Scipiones, qui iter Poenis vel corporibus suis obstruere voluerunt, non avum tuum L. Paulum, qui morte luit conlegae in Cannensi ignominia temeritatem, non M. Marcellum, cuius*

essere desiderato avidamente dai vecchi e non deve essere abbandonato senza motivo. E Pitagora vieta che ci si allontanano dal proprio presidio e corpo di guardia della vita senza il permesso del comandante, cioè del dio.

73. C'è poi un detto del saggio Solone, con cui egli afferma di non volere che la sua morte sia priva del dolore e del pianto degli amici; vuole, credo, essere caro ai suoi. Ma non so se dice meglio Ennio: "Nessuno mi onori con le lacrime né mi faccia le esequie con il pianto".

74. Pensa che non si debba piangere una morte a cui subentri l'immortalità. Forse può esserci una qualche sensazione di morire, e per un breve istante, specie per un vecchio, ma dopo la morte la facoltà di sentire o è desiderabile o non esiste. Ma ciò deve costituire motivo di riflessione da parte della giovinezza, affinché non ci preoccupiamo della morte; senza tale riflessione nessuno può stare con l'animo sereno: infatti è certo che si deve morire, non si sa se in questo medesimo giorno; chi potrà mantenere un animo saldo, se teme la morte, che incombe ad ogni istante?

75. Mi sembra che sull'argomento non ci sia bisogno di molti discorsi, quando io ricordi non Lucio Bruto⁸⁸, che fu ucciso nel liberare la patria, non i due Deci, che spronarono la corsa dei cavalli verso una morte volontaria, non Marco Attilio⁸⁹, che partì verso il supplizio, per tenere fede alla parola data al nemico, non i due Scipioni, che vollero sbarrare la strada ai Cartaginesi persino coi loro corpi, non tuo nonno, Lucio Paolo, che pagò con la morte l'avventatezza del collega⁹⁰ nella vergogna di

⁸⁸ Bruto (Lucio Giunio), figlio di una sorella di Tarquinio il Superbo. Violentamente ostile alla monarchia, in seguito al suicidio di Lucrezia sollevò il popolo di Roma e fece dichiarare l'abolizione del regno e l'esilio della gens Tarquinia (509 a.C.). Presiedette egli stesso all'esecuzione della condanna a morte dei suoi due figli, colpevoli di aver preso parte a un complotto con l'intento di ristabilire sul trono i Tarquini. Morì in un duello con Arunte, figlio di Tarquinio.

⁸⁹ Attilio Regolo (Marco), generale romano. Console nel 267, quindi per la seconda volta nel 256 a.C., riportò sui Cartaginesi la grande vittoria navale di Ecnomo, passando poi in Africa con l'intenzione di impadronirsi direttamente di Cartagine, ma fu vinto e catturato. Mandato a Roma per trattare il riscatto dei prigionieri e la pace, su promessa che sarebbe ritornato in caso di fallimento delle trattative, eroicamente dissuase i suoi concittadini dall'accordarsi con il nemico e ritornò a Cartagine. Quivi, secondo una tradizione notissima ma non accertata storicamente, fu per vendetta esposto nudo e ricoperto di miele alle punture degli insetti, quindi precipitato da una rupe in mare in una botte irta all'interno di punte di ferro.

⁹⁰ Caio Terenzio Varrone.

M. TULLII CICERONIS CATO MAIOR DE SENECTUTE

interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturae carere passus est, sed legiones nostras, quod scripsi in Originibus, in eum locum saepe profectas alacri animo et erecto, unde se redituras numquam arbitrarentur. Quod igitur adulescentes, et ei quidem non solum indocti, sed etiam rustici, contemnunt, id docti senes extimescent?

76. *Omnino, ut mihi quidem videtur, studiorum omnium satietas vitae facit satietatem. Sunt pueritiae studia certa; num igitur ea desiderant adulescentes? Sunt ineuntis adulescentiae: num ea constans iam requirit aetas quae media dicitur? Sunt etiam eius aetatis; ne ea quidem quaeruntur in senectute. Sunt extrema quaedam studia senectutis: ergo, ut superiorum aetatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis; quod cum evenit, satietas vitae tempus maturum mortis adfert.*

XXI. 77. *Non enim video cur, quid ipse sentiam de morte, non audeam vobis dicere, quod eo cernere mihi melius videor, quo ab ea propius absum. Ego vestros patres, P. Scipio, tuque, C. Laeli, viros clarissimos mihi que amicissimos, vivere arbitror, et eam quidem vitam, quae est sola vita nominanda. Nam, dum sumus inclusi in his compagibus corporis, munere quodam necessitatis et gravi opere perfungimur; est enim animus caelestis ex altissimo domicilio depressus et quasi demersus in terram, locum divinae naturae aeternitatis contrarium. Sed credo deos immortalis sparsisse animos in corpora humana, ut essent, qui terras tuerentur, quique caelestium ordinem contemplantes imitarentur eum vitae modo atque constantia. Nec me solum ratio ac disputatio impulit, ut ita crederem, sed nobilitas etiam summorum philosophorum et*

Canne, non Marco Marcello⁹¹, la cui morte nemmeno un crudelissimo nemico⁹² tollerò che fosse privata dell'onore della sepoltura, ma le nostre legioni, cosa che scrissi nelle "Origini", spesso partite con animo forte e fiero verso quel luogo da cui pensavano non sarebbero tornate mai più. Dunque quel che disprezzano dei giovani, addirittura non solo ignoranti, ma anche zotici, dovranno temere dei vecchi acculturati?

76. Infine, come davvero mi sembra, la sazietà di tutte le inclinazioni arreca la sazietà della vita; vi sono inclinazioni precise della fanciullezza: forse che i giovani le rimpiangono? Ve ne sono nell'incipiente giovinezza: forse le reclama la salda età che è detta di mezzo? Ve ne sono anche di questa età: neanche queste si ricercano nella vecchiaia. Vi sono infine inclinazioni tipiche della vecchiaia: dunque quando tramontano le inclinazioni delle età precedenti, così tramontano anche quelle della vecchiaia; e quando ciò accade, la sazietà della vita porta con sé il tempo maturo della morte.

XXI. 77. Non vedo infatti perché non dovrei osare dirvi cosa io stesso penso della morte, poiché mi sembra che io giudichi meglio quanto più mi avvicino ad essa. Io credo che i vostri padri, il tuo⁹³, o Scipione, e il tuo⁹⁴, o Lelio, uomini famosissimi e a me tanto amici, vivano, e proprio quella vita che sola si deve chiamare vita. Infatti, finché siamo rinchiusi in questa prigione del corpo, adempiamo ad un certo dovere di necessità e con grave fatica: infatti l'anima celeste si abbassa dal suo altissimo domicilio e quasi sprofonda in terra, luogo contrario alla natura divina e all'eternità. Ma io penso che gli dei immortali abbiano disseminato le anime nei corpi umani, affinché esistessero coloro che custodissero la terra, e che, contemplando l'armonia delle cose celesti, la imitassero con la condotta ed il contegno della vita. E non solo il

⁹¹ Marco Claudio Marcello, che espugnò Siracusa nel 211 a.C.

⁹² Annibale.

⁹³ Emilio Paolo, il vincitore di Pidna.

⁹⁴ Caio Lelio, console nel 190 a.C.

M. TULLII CICERONIS CATO MAIOR DE SENECTUTE

auctoritas.

78. *Audiebam Pythagoram Pythagoreosque, incolas paene nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, numquam, dubitasse, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus. Demonstrabantur mihi praeterea, quae Socrates supremo vitae die de immortalitate aminorum disseruisset, is qui esset omnium sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus. Quid multa? Sic persuasi mihi, sic sentio, cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria praeteritorum futurorumque prudentia, tot artes, tantae scientiae, tot inventa, non posse eam naturam, quae res eas contineat, esse mortalem, cumque semper agitetur animus nec principium motus habeat, quia se ipse moveat, ne finem quidem habiturum esse motus, quia numquam se ipse sit relicturus; et, cum simplex animi esset natura, neque haberet in se quicquam admixtum dispar sui atque dissimile, non posse eum dividi; quod si non posset, non posse interire; magnoque esse argumento homines scire pleraque ante quam nati sint, quod iam pueri, cum artis difficilis discant, ita celeriter res innumerabilis arripiant, ut eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci et recordari. Haec Platonis fere.*

XXII. 79. *Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior haec dicit: 'Nolite arbitrari, O mihi carissimi filii, me, cum a vobis discessero, nusquam aut nullum fore. Nec enim, dum eram vobiscum, animum meum videbatis, sed eum esse in hoc corpore ex eis rebus quas gerebam intellegebatis. Eundem igitur esse creditote, etiamsi nullum videbitis.*

80. *Nec vero clarorum virorum post mortem*

ragionamento e la discussione mi hanno indotto a credere questo, ma anche la reputazione e l'autorità dei più grandi filosofi.

78. Sentivo che Pitagora e i pitagorici, quasi nostri compatrioti, i quali una volta erano chiamati "filosofi italici", non avevano mai messo in dubbio che noi avessimo anime emanate dalla divina intelligenza. Inoltre mi venivano spiegate le cose su cui Socrate aveva dissertato, nell'ultimo giorno della sua vita, circa l'immortalità delle anime, egli che era stato giudicato dall'oracolo di Apollo il più saggio di tutti. Perché ancora tante parole? Di questo mi sono convinto, questo sento: così grande è la velocità dello spirito, così grande il ricordo delle cose passate e la preveggenza di quelle future, tante le arti, tante le scienze, tante le invenzioni, che non può essere mortale quella natura che contiene queste cose; e poiché l'anima sempre si muove e il suo movimento non ha principio, perché si muove da sé, il suo moto non avrà neppure una fine, perché non abbandonerà mai se stessa; e poiché la natura dell'anima è semplice e non ha mescolato a sé nessun elemento eterogeneo, non può essere divisa; e se non può essere divisa, non può morire; ed è una convincente prova che gli uomini conoscono la maggior parte delle cose prima di nascere il fatto che, pur fanciulli, imparando nozioni difficili, così rapidamente si impadroniscono di numerosissime cose, che non sembra che le acquisiscano allora per la prima volta, ma le ricordino e le richi amino alla mente. Questa all'incirca è (la dottrina) di Platone.

XXII. 79. In Senofonte⁹⁵, poi, Ciro il Grande, morente, dice queste parole: "Non crediate, miei carissimi figli, che io, una volta dipartito da voi, non sarò in nessun luogo o non sarò più nulla. Infatti, finquando stavo in mezzo a voi, non vedevate la mia anima, ma capivate dalle cose che facevo che essa si trovava in questo corpo; dunque dovrete credere che essa stessa esista, anche se non vedrete nulla.

80. E in verità non perdurerebbero dopo la

⁹⁵ Nella Ciropedia.

M. TULLII CICERONIS CATO MAIOR DE SENECTUTE

honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam sui teneremus. Mihi quidem numquam persuaderi potuit animos, dum in corporibus essent mortalibus, vivere, cum excessissent ex eis, emori, nec vero tum animum esse insipientem, cum ex insipienti corpore evasisset, sed cum omni admixtione corporis liberatus purus et integer esse coepisset, tum esse sapientem. Atque etiam cum hominis natura morte dissolvitur, ceterarum rerum perspicuum est quo quaeque discedat; abeunt enim illuc omnia, unde orta sunt, animus autem solus nec cum adest nec cum discedit, apparet. Iam vero videtis nihil esse morti tam simile quam somnum.

81. *Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam; multa enim, cum remissi et liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intellegitur quales futuri sint, cum se plane corporis vinculis relaxaverint. Qua re, si haec ita sunt, sic me colitote,' inquit, 'ut deum; sin una est interiturus animus cum corpore, vos tamen, deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur et regunt, memoriam nostri pie inviolateque servabitis.'*

XXIII. 82. *Cyrus quidem haec moriens; nos, si placet, nostra videamus. Nemo umquam mihi, Scipio, persuadebit aut patrem tuum Paulum, aut duos avos, Paulum et Africanum, aut Africani patrem, aut patruum, aut multos praestantis viros quos enumerare non est necesse, tanta esse conatos, quae ad posteritatis memoriam pertinerent, nisi animo cernerent posteritatem ad se ipsos pertinere. Anne censes, ut de me ipse aliquid more senum glorier, me tantos labores diurnos nocturnosque domi militiaeque suscepturum fuisse, si eisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? Nonne melius multo fuisset otiosam et quietam aetatem sine*

morte le onoranze verso gli uomini illustri, se le loro stesse anime non facessero niente per farci conservare più a lungo il loro ricordo. Io, poi, non sono mai riuscito a convincermi che le anime, fino a quando risiedono nei corpi mortali, siano vive, mentre quando si dipartono da essi, muoiano, né in verità che l'anima allora diventa priva di senno quando evade da un corpo privo di senno, ma che allora diventa sapiente quando, liberata da ogni mescolanza col corpo, inizia a divenire pura ed integra. E ancora, quando la natura dell'uomo viene disfatta dalla morte, è chiaro dove va a finire ciascuno degli altri costituenti: vanno a finire tutti lì dove hanno avuto origine; soltanto l'anima, invece, non appare né quando è presente né quando è dipartita.

81. Inoltre vedete che nulla è tanto simile alla morte quanto il sonno; e le anime di coloro che dormono mostrano massimamente la propria natura divina: infatti quando sono rilassate e libere riescono a prevedere molte cose future; dal che si comprende come esse saranno, quando si saranno sciolte del tutto dai legami dei corpi. Perciò, stando così le cose, veneratemi – disse – come un dio; se poi l'anima è destinata a perire con il corpo, voi tuttavia, che siete rispettosi degli dei, i quali custodiscono e reggono tutta questa bellezza, conserverete il ricordo di me con devozione ed affetto". Questo disse Ciro in punto di morte; noi, se vi aggrada, guardiamo i nostri esempi.

XXIII. 82. Nessuno mi persuaderà mai, o Scipione, che tuo padre Paolo, o i tuoi due nonni, Paolo e l'Africano, o il padre dell'Africano o suo zio materno, oppure molti eccellenti uomini, che non è il caso di enumerare, si cimentarono in tante gesta che tendevano al ricordo della posterità, se non pensavano nel loro animo che la posterità potesse riguardarli. O forse pensi - per vantarmi un po' da solo alla maniera dei vecchi - che io mi sarei sottoposto a tante fatiche di giorno e di notte, in pace ed in guerra, se avessi dovuto delimitare la mia gloria negli stessi confini della vita? Non sarebbe stato molto meglio trascorrere una vita priva di

M. TULLII CICERONIS CATO MAIOR DE SENECTUTE

ullo labore et contentione traducere? Sed nescio quo modo animus erigens se posteritatem ita semper prospiciebat, quasi, cum excessisset e vita, tum denique victurus esset. Quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cuiusque animus maxime ad immortalitatem et gloriam niteretur.

83. *Quid, quod sapientissimus quisque aequissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo, nonne vobis videtur is animus qui plus cernat et longius, videre se ad meliora proficisci, ille autem cuius obtusior sit acies, non videre? Equidem efferor studio patres vestros, quos colui et dilexi videndi, neque vero eos solos convenire aveo quos ipse cognovi, sed illos etiam de quibus audivi et legi et ipse conscripsi; quo quidem me proficiscentem haud sane quid facile retraxerit, nec tamquam Peliam recoxerit. Et si quis deus mihi largiatur, ut ex hac aetate repuerascam et in cunis vagiam, valde recusem, nec vero velim quasi decurso spatio ad carceres a calce revocari.*

84. *Quid habet enim vita commodi? Quid non potius laboris? Sed habeat sane, habet certe tamen aut satietatem aut modum. Non lubet enim mihi deplorare vitam, quod multi, et ei docti, saepe fecerunt, neque me vixisse paenitet, quoniam ita vixi, ut non frustra me natum existimem, ut ex vita ita discedo tamquam ex hospitio, non tamquam e domo. Commorandi enim natura devorsorium nobis, non habitandi dedit. O praeclarum diem, cum in illud divinum animorum concilium coetumque proficiscar cumque ex hac turba et conluvione discedam! Proficiscar enim non ad eos solum viros, de quibus ante dixi, verum etiam ad Catonem meum, quo nemo vir melior*

impegni e tranquilla, senza alcun affanno e contesa? Ma non so come, l'anima mia, erigendosi, guardava sempre verso la posterità come se, una volta dipartita dalla vita, allora finalmente avesse vissuto. Che se poi non fosse così, che le anime sono immortali, le anime di tutti i migliori non tenderebbero in massimo grado alla immortalità ed alla gloria.

83. E che? Poiché quanto più uno è saggio tanto più muore con animo sereno, e quanto più è stolto tanto più muore con animo angosciato, non vi sembra che quell'anima, che più distingue e più in profondità, veda che essa parte verso cose migliori, e quella invece, la cui vista sia più ottusa, non lo veda? Davvero mi sento struggere dal desiderio di vedere i vostri padri, che ho amato e venerato, né in verità bramo di raggiungere solo quelli che ho conosciuto, ma anche quelli dei quali ho sentito parlare, ho letto ed io stesso ho scritto. E non certo facilmente, una volta che sarò partito, mi si potrà trattenere né ricuocermi come Pelia⁹⁶. E se qualche dio mi concedesse di tornare fanciullo da questa età e di vagire nella culla, rifiuterei decisamente, e non vorrei certo, una volta percorsa quasi tutta la pista, essere ricondotto dal punto di arrivo a quello di partenza⁹⁷.

84. Cosa di positivo ha infatti la vita? O piuttosto quale travaglio non ha? Ma ne abbia pure di cose positive, tuttavia ha certamente sazietà o misura. Non mi piace, infatti, deplorare la vita, cosa che spesso hanno fatto in molti ed anche saggi, né mi pento di essere vissuto, benché io sia vissuto in modo da non credere di essere nato invano, e mi allontano dalla vita come da un albergo, non come da una casa: infatti la natura ci ha dato un alloggio per sostarvi, non per abitarvi. O felice il giorno, quando partirò per quel divino consesso e convegno di anime e mi staccherò da questa ressa e da questa confusione! Partirò infatti non solo verso quegli uomini di cui

⁹⁶ La maga Medea aveva persuaso le figlie del re Pelia, che tramava contro Giasone, a tagliare a pezzi il padre e a cuocerlo, in modo da restituirgli la giovinezza.

⁹⁷ Calx, cis = calce, è il termine della corsa, che si segnava tirando una linea con la calce. Carcer, eris = sbarre, erano le sbarre che trattenevano, alla partenza, i carri per le corse nel circo.

M. TULLII CICERONIS CATO MAIOR DE SENECTUTE

natus est, nemo pietate praestantior; cuius a me corpus est crematum, quod contra decuit ab illo meum, animus vero, non me deserens sed respectans, in ea profecto loca discessit, quo mihi ipsi cernebat esse veniendum. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum, non quo aequo animo ferrem, sed me ipse consolabar existimans non longinquum inter nos digressum et discessum fore.

85. *His mihi rebus, Scipio (id enim te cum Laelio admirari solere dixisti), levis est senectus, nec solum non molesta sed etiam iucunda. Quod si in hoc erro, qui animos hominum immortalis esse credam, libenter erro; nec mihi hunc errorem, quo delector, dum vivo, extorqueri volo; sin mortuus, ut quidam minuti philosophi censent, nihil sentiam, non vereor, ne hunc errorem meum philosophi mortui irrideant. Quod si non sumus immortales futuri, tamen exstingui homini suo tempore optabile est. Nam habet natura, ut aliarum omnium rerum, sic vivendi modum. Senectus autem aetatis est peractio tamquam fabulae, cuius defatigationem fugere debemus, praesertim adiuncta satietate.*

Haec habui, de senectute quae dicerem, ad quam utinam perveniatis, ut ea, quae ex me audistis, re experti probare possitis.

prima ho parlato, ma anche verso il mio Catone, di cui nessun uomo è nato migliore, nessuno più dotato di amore filiale; il cui corpo è stato da me cremato, mentre invece sarebbe stato giusto che da lui fosse cremato il mio, e la sua anima, non abbandonandomi, ma volgendosi a guardarmi, se ne andò senza dubbio in quei luoghi dove egli stesso vedeva che anche io sarei poi venuto. Se vi è parso che io abbia con animo forte sopportato questa mia sventura, non l'ho certo sopportata con animo sereno, ma mi consolavo pensando che non sarebbero stati lunghi tra di noi il distacco e la separazione.

85. Per queste cose, o Scipione - ciò infatti hai detto che suoli ammirare assieme a Lelio - , mi è lieve la vecchiaia, e non solo non mi è di peso, ma anzi mi è piacevole. Se poi sbaglio nel ritenere che le anime degli uomini siano immortali, sbaglio volentieri, e non voglio, finché vivo, che mi si strappi da questo errore di cui sono lieto; se poi da morto, come alcuni pseudofilosofi ritengono⁹⁸, non sentirò nulla, non temo che dei filosofi morti possano deridere questo mio errore. Se invece non siamo destinati ad essere immortali, tuttavia è desiderabile per l'uomo spegnersi al tempo giusto: infatti la natura, come per tutte le altre cose, così anche per il vivere ha una misura; la vecchiaia, poi, è per la vita come l'atto finale di un dramma, e di essa dobbiamo evitare la stanchezza, specie una volta raggiunta la sazietà.

Questo avevo da dire sulla vecchiaia. Voglia il cielo che ad essa giungete, in modo da poter provare con la vostra esperienza le cose che avete udito da me!

⁹⁸ Si riferisce agli Epicurei.